

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amicitia y  
cum fonte primo

Cum incaute malorum amicitiis  
iungimur, eorum culpis ligamur.

Ab illo qui summe rectus est,  
eo ipso iam discrepat  
quo malorum amicitiis uita  
nostra concordat.

Gregorius in pastoralis.

Malorum namque cum incaute amicitiis  
iungimur, culpis ligamur.

Vnde Iosaphat, qui tot de ante acta uita  
praeconiis attollitur, de Achab regis  
amicitiis pene periturus increpatur.  
Cui a Domino per prophetam dicitur:  
*Impio praebes auxilium, et his qui  
oderunt Dominum, amicitia iungeris;  
et idcirco iram quidem Domini  
merebaris, sed bona opera inuenta sunt  
in te, eo quod abstuleris lucos  
de terra Iuda.*

Ab illo enim qui summe rectus est,  
eo ipso iam discrepat,  
quo peruersorum amicitiis uita  
nostra concordat.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*,  
3.22 (SC 382, F. Rommel ed., p.410,  
ll.108-117).